πᾶν — κακὸν] Merum malum. Cf. ad Ach. 909. μικκὸς — ἀλλ' ἅπαν κακόν. Theocr. XV. 20. πέντε πόκως ἔλαβ' ἐχθές, ἅπαν ῥύπος. 148. χὠνὴρ ὄξος ἅπαν. Similiter Av. 430. παιπάλημ' ὅλον.

788. στάσις ἀργαλέα] Cf. Ran. 1532. ἀργαλέων τ' ἐν ὅπλοις ξυνόδων. Theogn. 1082. χαλεπῆς ἡγεμόνα στασίης. Solon ap. Dem. p. 423. παύει δ' ἀργαλέης ἔριδος χόλον. Hom. Il. XI. 4. ἔριδα — ἀργαλέην. XVII. 385. ἔριδος μέγα νεῖκος ὀρώρει | ἀργαλέης. Apoll. Rh. III. 773. ἀργαλέας ἔριδας. IV. 500. ἀργαλέαι διχοστασίαι. Mimnerm. ap. Strab. XIV. p. 634. ἀργαλέης ὕβριος ἡγεμόνες. Cf. etiam Ran. 359. ἢ στάσιν ἐχθρὰν μὴ καταλύει. Pind. N. IX. 13. δεινὰν στάσιν.

789. εἰ κακόν ἐσμεν, τί γαμεῖθ' ἡμᾶς;] Quia toties vox κακὸν repetitur, puto alludi ad Euripidem in Hippolyto, ubi Hippolytus acerbe invehitur in sexum muliebrem, easque non semel κακόν vocat, ut v. 616. ὦ Ζεῦ, τί δὴ κίβδηλον ἀνθρώποις ΚΑΚΟΝ | γυναῖκας εἰς φῶς ἡλίου κατῴκισας; etc. v. 624. νῦν δ' εἰς δόμους μὲν πρῶτον ἄξεσθαι ΚΑΚΟΝ | μέλλοντες ὄλβον δωμάτων ἐκπίνομεν. | τούτῳ δὲ δῆλον ὡς γυνὴ ΚΑΚΟΝ μέγα· | προσθεὶς γὰρ ὁ σπείρας τε κἀκθρέψας πατὴρ | φερνὰς ἀπῴκισ', ὡς ἀπαλλαχθῇ ΚΑΚΟΥ. | ὁ δ' αὖ λαβὼν ἀτηρὸν εἰς δόμους ΚΑΚΟΝ | γέγηθε, κόσμον προστιθεὶς ἀγάλματι | καλὸν καλίστῳ etc. BE.

εἰ — εἴπερ] Pl. 583. εἰ γὰρ ἐπλούτει, πῶς ἂν —; καίτοι χρυσῷ μᾶλλον ἐχρῆν, εἴπερ ἐπλούτει.

790. κἀπαγορεύετε μήτ' ἐξελθεῖν] Eur. Suppl. 469. ἐγὼ δ' ἀπαυδῶ — Ἄδραστον εἰς γῆν τήνδε μὴ παριέναι. Herod. III. 128.

ἐκκύψασαν] Cf. Pac. 980. καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι τῆς αὐλείας παρακύπτουσιν.

Schol. μήτε καταληφθῆναι παρακύπτουσαν.

792. τὸ γύναιον] Aelian. N. A. IX. 26. τὰ γύναια τὰ Ἀττικά.

793. μανίας] Sic μανιῶν Nub. 832.

794. Theognis 423. πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον. DOBR.

795. ἐν ἀλλοτρίων] Cf. Eccl. 675. εἰς ἀλλήλων.

παίζουσαι καὶ κοπιῶσαι] Chionides ap. Harp. p. 39, 17. κοπιᾶτ' ὀρχούμενοι.

796. *κακόν*] Sc. uxorem, quam metuit maritus ne proripuerit se non ad cubile dormiendi causa, sed ad adulterum aliquem.

797. *ἐκ θυρίδος παρακύπτωμεν*] Cf. 797. Pac. 979. *καὶ μὴ ποίει γ' ἅπερ αἱ | μοιχευόμεναι δρῶσι γυναῖκες. | καὶ γὰρ ἐκεῖναι παρακλίνασαι | τῆς αὐλείας ΠΑΡΑΚΥΠΤΟΥΣΙΝ· | κἤν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς, | ΑΝΑΧΩΡΟΥΣΙΝ· | κᾆτ', ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσιν.* Eccl. 884. 924. Lucian. Bis accus. 31. *παρέκυπτεν ἀπὸ τοῦ τέγους.*

θυρίδος] Cf. Eccl. 961. Plut. Dion. 56. De curios. 13.

799. *οὕτως ἡμεῖς* —] Cf. Av. 702. *ὧδε μέν ἐσμεν | πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων ἡμεῖς. ὡς δ' ἐσμὲν Ἔρωτος πολλοῖς δῆλον* etc.

800. *βάσανος δὲ πάρεστιν ἰδέσθαι*] De structura Fritzschius confert Eupol. ap. Athen. 638 E. *ὁ δὲ Γνήσιππος ἔστ' ἀκούειν.* Aesch. Pers. 419. *θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν | ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν.* Plura Dobraeus ad Pl. 48. et Add.

801. Cf. Soph. Phil. 1028. *ἐμὲ — ἄτιμον ἔβαλον, ὡς σὺ φῄς, κεῖνοι δὲ σέ.* Aesch. Eum. 140. Eur. Alc. 690.

802 sq. Cf. Ran. 964. *γνώσει δὲ τοὺς τούτου τε κἀμοὺς ἑκατέρου μαθητάς.* Eubul. com. III. 260. *ἐρεῖ τις ὡς Κλυταιμνήστρα κακή. Ἄλκηστιν ἀντέθηκα χρηστήν.*

804. *Ναυσιμάχης*] Nomen fictum. Schol: *ἐπεὶ εὐδοκίμουν οἱ Ἀθηναῖοι τότε τῷ ναυτικῷ.* Nausimacham meretricem fuisse docet scholiasta. Philemon. ap. Steph. Byz. p. 15. *τὰς Ἱππονίκας τάσδε καὶ Ναυσιστράτας | καὶ Ναυσινίκας, τὰς Ἀθηναίας λέγω.* Nomen *Ναυσίμαχος* legitur Dem. p. 991. Lys. XXI, 11. *Ναυσίνικος* Dem. p. 606. et 1367. *Ναυσίφιλος* Dem. p. 1367. *Ναυσιμένης* Isae. VIII. 10. Ita *Ναυσίστρατος*, *Ναυφάντη*, *Ναύσων*, etc. Atheniensibus valde placebant nomina ab *Ναυ-* et *Ναυσι* — incipientia. Cf. Eq. 1309. *Ναυφάντης — τῆς Ναύσωνος.* Dem. p. 1367. *Ναυσίφιλον τὸν Ναυσινίκου.* "In his verbis et iis quae sequuntur est quaedam griphi species, quae per hominum nomina res significat et negotia nuper transacta: de quo ludi genere Athenaeus Lib. III. cap. 20. et Lib. X. cap. 22. Sub specie igitur ludentis in his vocibus tangit res civitatis." PALMER.

Χαρμῖνος] Innuit Charminum victum fuisse naumachia ab Astyocho Lacone ad Symam insulam sex triremibus amissis, anno 20. belli Peloponnesiaci, hieme. Paucis igitur mensibus ante hujus dramatis didascaliam, quod firmat nostram de ejus tempore sententiam. V. Thuc. 8, 42. Unde sequitur inter eam pugnam navalem hieme anni vigesimi factam et mortem Charmini, quae sequente aestate evenit (v. Thuc. 8, 73), hoc drama prodiisse, vivente adhuc Charmino. PALMER. Pugna haec navalis locum habuit anno ineunte A. C. 411. De Charmino v. Thuc. VIII. 30. et de clade ejus VIII. 42.

Schol. *πέπλασται τὰ ὀνόματα, ἐπεὶ εὐδοκίμουν οἱ Ἀθηναῖοι τότε τῷ ναυτικῷ. Χαρμῖνος δὲ περὶ Σάμον συνεστρατήγησε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον τοῖς περὶ Φρύνιχον. Ναυσιμάχη δὲ πόρνη καὶ Σαλαβακχώ. Ἄλλως.*

συνεμάχησε γὰρ Φρυνίχῳ ἐν Θρᾴκῃ ὁ Χαρμῖνος, καὶ ἴσως οὐδὲν ἀξιόλογον ἔπραξεν. διὸ λέγει "δῆλα τὰ ἔργα."

805. *καὶ μὲν δὴ καί*] Quinetiam. Cf. 819. *καὶ μὲν δή που καὶ τὰ πατρῷά γε* —. Plat. Phaedr. p. 233. *καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν ταῖς ἰδίαις δαπάναις* —. Rep. V. 464. *καὶ μὲν δὴ καὶ τοῖς πρόσθεν γε ὡμολογοῦμεν.* Gorg. 458. *καὶ μὲν δὴ καὶ αὐτὸς* etc. Gorg. 507 B. *καὶ μὲν δὴ καὶ ἀνδρεῖόν γε ἀνάγκη.* Charm. 159. *καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ κιθαρίζειν ταχέως* etc. Prot. 315. *καὶ μὲν δὴ καὶ Τάνταλόν γε εἰσεῖδον.* Men. 88. *καὶ μὲν δὴ καὶ τἄλλα* —. Dem. p. 1405. *καὶ μὲν δὴ καὶ* —. p. 867. *καὶ μὲν δὴ — κἀκεῖνο* etc. Andoc. I. 140. *καὶ μὲν δὴ καὶ* —. Isocr. Paneg. p. 94. *πρώτη καὶ τοὺς νόμους ἔθετο καὶ πολιτείαν κατεστήσατο, καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν τεχνῶν* —. Id. Or. XV. § 204. *καὶ μὲν δὴ κἀκείνους ἴσμεν* etc. Id. p. 34 B. *καὶ μὲν δὴ καὶ περὶ σωφροσύνης ἔτι μείζω τούτων ἔχω διελθεῖν.* p. 153. *καὶ μὲν δὴ καὶ τάδε* —. p. 163. *καὶ μὲν δὴ καὶ* etc. p. 364 *καὶ μὲν δὴ καὶ τόδε ῥᾴδιον πᾶσι γνῶναι.* p. 48 D. 225 C. 228 C. 230 E. 403 D. Galen. V. 412 K. *καὶ μὲν δὴ καί, ὅταν μνημονεύῃ τοῦ Μενανδρείου ἔπους,* etc. Thuc. III. 113. *καὶ μὲν δὴ τούτοις γε* —. Plat. Symp. 197. *καὶ μὲν δὴ τήν γε* etc. Hipp. maj. 290. *καὶ μὲν δὴ ταύτην γε τὴν ἀπόκρισιν* etc. Soph. 217. *καὶ μὲν δὴ κατὰ τύχην γε* —. Theaet. p. 120 A. *καὶ μὲν δὴ — σκληρούς γε λέγεις* etc. Crat. 428. *καὶ μὲν δὴ ἔγωγε* —. 396. Theaet. 155 E. Polit. 287 D. Conv. 197 A. Rep. V. 464 B. VII. 526 D. Isae. X. 18. *καὶ μὲν δὴ — οὐδὲ Ἀριστομένει γε* etc. Andoc. I. 20. *καὶ μὲν δὴ τοῦτό γε* —. Plat. Crat. 396 D. *καὶ μὲν δὴ — ἀτεχνῶς μοι δοκεῖς* —. Polit. 287. Lys. 206. Phaedr. 231. 232. 233. Lys. IV. 13. VI. 15. VII. 36. X. 5. 29. XII. 31. 36. 50. 91. XIV. 12. 32. 34. 43. XV. 10. XVIII. 9. XXI. 26. XXII. 23. 25. XXV. 22. XXVI. 14. XXVIII. 20. Fr. XI. Antiph. V. 51. V. 63. Isocr. p. 29 E. *καὶ μὲν δὴ διορᾶν καὶ τὰς φύσεις* etc.

Κλεοφῶν χείρων πάντως δήπου Σαλαβακχοῦς] Sic et Cleo postponitur huic Salabacchae in Equitibus v. 764, ubi ipse Cleo dicit *εἰ μὲν περὶ τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων γεγένημαι | βέλτιστος ἀνὴρ μετὰ Λυσικλέα καὶ Κύνναν καὶ Σαλαβάκχαν* (*Σαλαβακχώ*). Hoc autem ait non quia praeclara quaedam femina fuerit Salabaccha (erat enim meretrix), sed ut opprobrium magis exaggeretur: si enim deteriores sunt vili scorto, sane deterrimi sunt. Cleophontis autem mentio fit in Ranis v. 678. BE. De Cleophonte *τῷ λυροποιῷ* disputant Fritzsch. ad h. l. Bergk. Comm. p. 384. Meinek. H. C. Com. Gr. p. 172.

Σαλαβακχοῦς] Cf. Eq. 765.

Schol. Κλεοφῶντα λέγει τὸν λυροποιόν. διαβάλλει δὲ αὐτὸν ὡς κίναιδον.

806. *Ἀριστομάχην*] Haec jam non est femina, sed ponitur pro *ἀρίστη μάχη* quasi nomen proprium feminae. Intelligitur autem clarissima illa pugna Marathonia, qua Athenienses numerosissimum exercitum Persarum a Dario missum profligarunt. BE. Nomen *Ἀριστόμαχος* legitur Dem. p. 624.

χρόνου πολλοῦ] Anglice, for a long time. Cf. ad Pl. 98. et Ach. 83. Verba *χρόνου πολλοῦ* arcte cohaerent cum *οὐδ' ἐγχειρεῖ πολεμίζειν*, ut bene monuit Fritzsch. Temere ea ad *Ἀριστομάχην* refert Enger.

τὴν Μαραθῶνι] Sc. *ἀρίστην μάχην*. Eupolis com. II. 457. *οὐ γὰρ μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην | χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.* II. 516. *ὃς τὴν Μαραθῶνι κατέλιφ' ἡμῖν οὐσίαν.* Dem. p. 172. *Θεμιστοκλέα τὸν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν στρατηγοῦντα καὶ Μιλτιάδην τὸν ἡγούμενον Μαραθῶνι* (alii *ἐν Μαρ.*). ibid. *τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν — τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχην.* Dinarch. I. 74. *τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην ἐνίκησεν.* 76. *τὴν ἐν Κνίδῳ ναυμαχίαν.* Arist. Lys. 1299. *τὸν Ἀμύκλαις Ἀπόλλω.* De ellipsi cf. ad Eq. 785. *ἵνα μὴ τρίβῃς τὴν ἐν Σαλαμῖνι.* Pac. 241. *ὁ κατὰ τοῖν σκελοῖν.*

Schol. πόρνης ὄνομα.

807. *Στρατονίκην*] Hic etiam alluditur ad etymologiam vocis, quae est a *στρατὸς* exercitus et *νίκη* victoria, ut sub nomine proprio feminae intelligatur victoria ab exercitu hostili reportata, sive victoria quam exercitus Atheniensium obtinuit. BE.

808. *Εὐβούλης*] Fictum nomen feminae, ut supra *Ἀριστομάχη*. Intelligitur autem *εὐβουλία*, i. e. sana consilia.

τῶν πέρυσίν τις βουλευτής] Exagitat senatores anterioris anni, qui ignave sibi passi sunt eripi dignitatem a quadringentis viris et ob consilii et vigoris inopiam magistratu cesserunt, *παραδόντες ἑτέροις τὴν βουλείαν* (nam *βουλεύειν* est *ἡ τοῦ βουλεύειν ἀρχή*): quod factum est anno belli Peloponnesiaci vigesimo. Nam, licet eam narrationem Thucydides inseruerit inter alia acta anni vigesimi primi, tamen ait distincte ea prius evenisse. Sic enim ille in anni 21. initio 8, §3. *ὑπὸ γὰρ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἔτι πρότερον ἡ ἐν ταῖς Ἀθήναις δημοκρατία κατελέλυτο.* Ergo secundum Thucydidem facta fuit ea mutatio anno vigesimo, et ex hoc loco firmatur rursus nostra de tempore hujus didascaliae sententia. PALMER. At factum hoc est (teste Thuc. 8, 69) Ol. 92, 1. exeunte, ut, quum hanc fabulam eodem esse anno actam aperta doceant testimonia, illud hoc loco spectari non posse appareat. Itaque recte fortasse O. Muellerus (Hist. lit. Gr. II. p. 246) eo haec referenda esse statuit quod senatores Ol. 91, 4 (teste Thuc. 8, 1) maximam suae dignitatis partem Probulis concedere coacti erant. ENGER. Haec ad 400 virorum imperium, quod post Dionysia demum hujus anni (A. C. 411) constitutum est, nequaquam spectare posse monuit Müller. Liter. of Anc. Greace XXVIII. § 9. Itaque, nisi ad annum A. C. 410 referri sinant rationes chronologicae, illud potius hic tangi arbitratur, quod anno proxime praecedenti (A. C. 412) *οἱ βουλευταὶ* auctoritatem suam nimis facile novum constitutis *προβούλοις* concesserint. Sed indigitari potius videatur certus quidam senator, qui propter *ἀβουλίαν* ex senatu proxime superiori anno ejectus esset; unde hic *ἑτέρῳ* (sc. *τῷ ἐπιλαχόντι*, vid. Harpocration. p. 81, 6) *τὴν βουλείαν παραδοὺς* dicitur. V. Platonis locum apud schol. et Meinek. Fr. Com. II. p. 670. Bergk. Comm. p. 312. Itaque sensus

verborum *τῶν πέρυσιν* — erit, ex proxime superioris anni senatoribus quidam, non aliquis, ut vulgo reddunt. Anglice, a certain senator of last year. Cf. Cratin. com. II. 64. *τὴν πέρυσι βουλὴν ἐφεστώς.*

*Schol. καὶ ἡ Εὐβούλη πέπλασται. τὸ δὲ ὅλον τί βούλεται οὐκ ἔστι σαφές. ἀλλ' οὐδὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Ὑπερβόλῳ· λέγει γάρ τι περὶ τοῦ ἐπιλαγχάνειν τοῖς βουλευταῖς "εὐτυχεῖς, ὦ δέσποτα. τί δ' ἔστι; βουλεύειν ὀλίγου 'λαχες πάνυ. ἀτὰρ οὐ λαχὼν ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς. πῶς ἢν ἔχω νοῦν; ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ ἐπέλαχες ἀνδρί· * * * οὐδέπω γὰρ ἐλευθέρῳ (ἀνδρὶ κοὐδαμῶς γ' ἐλευθέρῳ* Bergk. Comm. p. 312. praestat *ἀνδρὶ κοὐδαμῶς ἐλ.).*" *καὶ ἐν ταὐτῷ "ἅπερρ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα δὴ φράσω. Ὑπερβόλῳ (βουλῆς γὰρ) ἄνδρες ἐπέλαχον." τὸ βουλεῦσαι βουλείαν ἔλεγον.*

809. *τὴν βουλείαν*] Munus senatorium.

οὐδ' αὐτὸς — φήσει] Dem. p. 1331. *χρηστός γ' ἐστὶ καὶ πιστὸς καὶ κρείττων χρημάτων. οὐδ' ἂν αὐτὸς φήσειεν.* Lysias X. 23. *ἀλλ' οὐδ' ἂν αὐτοὶ φήσαιτε.*

810. Ex Homero Il. *δ*, 405. *ἡμεῖς τοι πατέρων μέγ' ἀμείνονες εὐχόμεθ' εἶναι.* DOBR.

811. *ζεύγει*] Conjungendum cum verbis *ἐς πόλιν ἔλθοι.* Durior verborum collocatio, ut in Vesp. 717. *ἔδοσαν δ' οὐπώποτέ σοι, πλὴν πρώην πέντε μεδίμνους, | καὶ ταῦτα μόλις ξενίας φεύγων ἔλαβες κατὰ χοίνικα κριθῶν.* Ubi *κριθῶν* post *μεδίμνους* collocari debebat. DIND. Cf. Eccl. 1049. Pl. 204.

κατὰ πεντήκοντα τάλαντα] I. e. quinquagena talenta. Cf. Vesp. 669. *χᾆθ' οὗτοι μὲν δωροδοκοῦσιν κατὰ πεντήκοντα τάλαντα | ἀπὸ τῶν πόλεων.* 718. *καὶ ταῦτα — ἔλαβες κατὰ χοίνικα κριθῶν.* Av. 1079. *τοὺς σπίνους πωλεῖ καθ' ἑπτὰ τοὐβολοῦ.*

*Schol. λέγει ἀπὸ συμμάχων ἢ στρατείας. τὸ δὲ ζεύγει ἀντὶ τοῦ ἁμάξαις (ἐφ' ἁμάξης?) ἐκφέρειν δεῖ. ** διὸ* (ineptum est *διό.* lacunam notavit Schneid. p. 8.) *καὶ οὐκ εἶπεν* (*οὕτως ἁπλῶς* Schneid.) *πεντήκοντα, ἀλλὰ κατὰ πεντήκοντα, τὸ συνεχὲς ἐκφαίνων.*

812. *ὑφέληται*] Cf. Pl. 1140.

813. *φορμὸν πυρῶν*] *Φορμός*, a verbo *φέρειν*, i. e. quantum quis humeris ferre queat, frumenti mensura erat, eadem fere quae *μέδιμνος*, ut videtur: nihil enim certi de magnitudine ejus traditur a grammaticis. Cf. Fr. 227. *φορμῷ σχοινίνῳ.* Vesp. 58. *κάρυ' ἐκ φορμίδος — διαρριπτοῦντε.* Pl. 542. Polyb. I. 19. 13. *φορμοὶ ἀχύρων σεσαγμένοι.*

τἀνδρὸς κλέψασ'] A viro suffurata, Anglice, having filched from her husband. Cf. ad Ach. 527.

ἀνταπέδωκεν] Anglice, she gives back in return. *Ἀποδιδόναι τι* significat non modo eandem ipsam rem reddere, sed nonnunquam aliam similem. Sic qui lapides ad aedificandum mutuatur plures se *ἀποδώσειν* pollicetur in Machonis loco Athen. p. 245.

814. *τούτων*] Spectatorum. Cf. 824. *τοῖς δ' ἡμετέροις ἀνδράσι τούτοις* etc.

819. *καὶ μὲν δήπου καὶ — γε*] Cf. ad 805.

822. *τἀντίον*] Videtur significare jugum textorium, cui mox opponitur *λόγχη*. Alii reddunt liciatorium, i. e. lignum rectum et teres, in quo volvitur licium seu stamen.

ὁ κανών] Anglice, shuttle. Hesychius exponit *τὸ ξύλον περὶ ὃ ὁ μίτος*, i. e. calamus in quo ducitur subtemen. Quo sensu vox legitur apud Hom. Il. ψ'. 760. *ἐπὶ δ' ὤρνυτο δῖος Ὀδυσσεὺς | ἄγχι μάλ', ὡς ὅτε τίς τε γυναικὸς ἐϋζώνοιο | στήθεός ἐστι κανὼν, ὅντ' εὖ μάλα χερσὶ τανύσσῃ, | πηνίον ἐξέλκουσα παρεκμίτον, ἀγχόθι δ' ἴσχει | στήθεος.*

823. *Schol. σκέπασμά τι ἐπὶ τῆς κεφαλῆς βαλλόμενον, ἢ μέρος τοῦ ἱστίου.*

825. *ὁ κανών*] Schol: *τὴν κάμακα τῆς λόγχης λέγει. — τὸ ξύλον τῆς λόγχης.* Hesychius: *αἱ τῆς ἀσπίδος ῥάβδοι, ἀφ' ὧν ὁ τελαμὼν ἐξῆπτο.* I. e. manubrium clypei, *ῥάβδος, ὄχανον*. Clypeus a parte. Hom. Il. 8, 193. *ἀσπίδα Νεστορέην — πᾶσαν χρυσείην ἔμεναι, κανόνας τε καὶ αὐτήν.* 13, 407. *δύω κανόνεσσ' ἀραρυῖαν* (*ἀσπίδα*). At mox seorsim nominatur clypeus v. 829.

Schol τὴν κάμακα τῆς λόγχης λέγει. οἱ μέν φασι κανόνα αὐτὸν λέγειν τὸ ξύλον τῆς λόγχης, οἱ δὲ τὸν κανόνα τῆς ἀσπίδος.

826. *Schol. τῷ σιδήρῳ.*

828. *ἐν ταῖς στρατιαῖς*] Cf. Eq. 587. *ἐν στρατιαῖς τε καὶ μάχαις.* Lys. 592. Ach. 251. *στρατιᾶς ἀπαλλαχθέντα.*

Schol. συνέχεεν καὶ οὗτος ὡς Εὔπολις πολλάκις· στρατιὰ μὲν γὰρ τὸ πλῆθος, στρατεία δὲ ἡ στράτευσις.

829. *τὸ σκιάδειον*] Intelligit *τὴν ἀσπίδα*, ut dicat multos esse *ῥιψάσπιδας*. BE. Cleonymum potissimum in mente habet, ut recte monet schol. DIND.

Schol. τὴν ἀσπίδα λέγει· σκιάζει γὰρ τὸν ἄνδρα. αἰνίττεται δὲ καὶ εἰς Κλεώνυμον.

830. *ἐν δίκῃ — δικαίως*] Cf. Nub. 1379. *νὴ τὸν Δί' ἐν δίκῃ γε. | Σ. καὶ πῶς δικαίως;* Jure meritoque reddit Fritzsch., qui comparat *διὰ κενῆς ἄλλως* Vesp. 929. *εἰκῇ ῥᾳδίως* Ran. 733. *εὐθὺς παραχρῆμα, ἐνθάδε αὐτοῦ*, etc.

831. *ἓν δ' ὑπερφυέστατον*] Lys. p. 178, 40. *τὸ δὲ πάντων ὑπερφυέστατον.* Ran. 611. *ὑπερφυᾶ.* Dem. 21, 88. (*ἔπαθέ*) *τι δεινὸν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυές.* Herod. VIII. 116. *ἔργον ὑπερφυὲς ἐργάσατο.*

832. *ἄνδρα χρηστὸν τῇ πόλει*] Cf. Pac. 909. *ἦ χρηστὸς ἀνὴρ πολίτης ἐστὶν ἅπασιν ὅστις γ' ἐστὶ τοιοῦτος.*

834. *Στηνίοισι*] Photius p. 538, 9. *Στήνια: ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ ἐδόκει ἡ ἄνοδος γενέσθαι τῆς Δήμητρος· ἐλοιδοροῦντο δ' ἐν αὐτῇ νυκτὸς αἱ γυναῖκες ἀλλήλαις· οὕτως Εὔβουλος.* Hesychius, *Στήνια: ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἐν ᾗ διασκώπτουσι καὶ λοιδοροῦσι.* Suidas, *Στήνια καὶ Σκίρα: ἑορταὶ γυναικῶν.* Cf. Schol.

Σκίροις] Minerva *Σκιρὰς* appellata fuit, et mensis *Σκιροφοριών*. V. Herod. VIII. 94. Strab. IX. p. 393. Phot. p. 522. Elmsl. ad Her. 860. Cf. Eccl. 18. 59.

Schol. ἀμφότεραι ἑορταὶ γυναικῶν, τὰ μὲν Στήνια πρὸ δυεῖν τῶν Θεσμοφορίων Πυανεψιῶνος θ', τὰ δὲ Σκίρα λέγεσθαί φασί τινες τὰ γινόμενα ἱερὰ ἐν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ Δήμητρι καὶ Κόρῃ. οἱ δὲ ὅτι ἐπὶ Σκίρῳ θύεται τῇ Ἀθηνᾷ.

836. δειλόν] Timidum vertunt. Melius improbum reddas. Hesychius δειλόν: πονηρὸν, κακόν. Schol. Soph. Ant. 332. τὰ δειλὰ, ἀντὶ τοῦ τὰ κακά. Theogn. 57. οἱ δὲ πρὶν ἐσθλοὶ | νῦν δειλοί.

837. τριήραρχον πονηρόν] Hinc fortasse colligas trierarchum fuisse Hyperbolum, si conferas Eq. 1303—1305.

838. Construe ὑστέραν τῆς τεκούσης etc. V. Schol. Theophrast. (περὶ ἀρεσκείας) τοῦ δὲ θεάτρου κεθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν. "Mnasalces in Epigrammate apud Athenaeum p. 163 A. Ἅδ' ἐγὼ ἁ τλάμων ἀρετὰ παρὰ τᾶδε ΚΑΘΗΜΑΙ | Ἁδονᾶ, αἰσχίστως ΚΕΙΡΑΜΕΝΑ πλοκάμους." BE.

σκάφιον ἀποκεκαρμένην] Hic σκάφιον genus tonsurae notat. Hesych: σκάφιον — εἶδος κουρᾶς τῆς κεφαλῆς, ὃ κείρεσθαί φασι τὰς ἑταιρευούσας· εἶναι δὲ περιτρόχαλον. Ad hunc comici locum respexit Eustathius ad Iliad. p. 907, 41. At in Av. v. 806. σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ, σκάφιον non jam tonsuram notat, sed ipsum caput, ut e Salmasii observatione ad illum locum ostendetur. BR. (Fallitur Brunck. V. ad Av. l. l.). Photius p. 517, 15. σκάφιον ἀποκεκαρμένην: καὶ σκαφιόκουρον τὸν κείροντα. Schol: εἶδος κουρᾶς δουλικῆς. Hinc intelligitur cur oppositum sit κόμας καθεῖσαν v. 841. Cf. Lucian. Lex. 5. καὶ γὰρ οὐ κηπίον, ἀλλὰ σκάφιον ἐκεκάρμην. Eccl. 724. κατωνάκην — ἀποτετιλμένας. Nicostrat. Athen. p. 47 E. μειράκιον δὲ κατὰ τύχην | ὑποσκαφιόκαρτόν τι κεχλαμυδωμένον | κατάγεις ἀναγκόσιτον. Phot. p. 517, 17. σκάφιον: ἔστιν καὶ εἶδος κουρᾶς· ὡς Ἀντιφῶν καὶ Ἀριστοφάνης. p. 517, 19. σκάφιον: κουρὰ περιτρόχαλος. οὕτως Ἀριστ. Harpocr. Σκάφιον: — ὅτι δὲ τὸ σκάφιον εἶδος κουρᾶς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ (Fr. 195). Poll. II. 29.

Schol. εἶδος κουρᾶς δουλικῆς. τὸ ἑξῆς, ὑστέραν τῆς τὸν ἀνδρεῖον τεκούσης. ἀντὶ τοῦ μιᾶς γυναικὸς ὑστέραν. ἐὰν δὲ ὑστάτην, ἁπάντων ὑστάτην.

839. τῷ γὰρ εἰκὸς —;] Cf. Ach. 703. τῷ γὰρ εἰκὸς ἄνδρα κυφὸν ἥλικον Θουκυδίδην | ἐξολέσθαι —;

840. τὴν Ὑπερβόλου — μητέρ'] Hanc saepe traductam esse a comicis noster comicus testatur in Nub. 551. οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος, τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα. BE. Hyperboli et Lamachi matrum nomina ignota fuisse veteribus grammaticis ex scholiastae annotatione intelligitur. DIND. De matre Hyperboli v. Bergk. Comm. p. 310. Meinek. H. C. Com. Gr. p. 93. 189. Ceterum hinc colligit Palmerius vivente adhuc Hyperbolo prodiisse hoc drama. Periit autem ille Samo in seditione una cum Charmino, teste Thuc. VIII.

Schol. πολλάκις εἶπον ὅτι προβάλλει ὁ Ὁμηρικὸς ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ τίς ἡ Ὑπερβόλου μήτηρ. οὐκ ἔχομεν δὲ εἰπεῖν. εἰ δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, ζητείτωσαν καὶ τὴν ἑξῆς, τὴν Λαμάχου· τὸν γὰρ πατέρα μόνον οἶδα Λαμάχου, Ξενόφαντον.

840. Cf. Theophrast. Chr. XXI. *τοῦ δὲ θεάτρου καθῆσθαι, ὅταν ᾖ θέα, πλησίον τῶν στρατηγῶν.* et ad Eq. 536.

ἠμφιεσμένην λευκά] Nota ellipsis Cf. ad Pl. 1199. Ach. 1024. Similiter nos, dressed in white.

κόμας καθεῖσαν] Promissa coma. Oppositum hoc istis *σκάφιον ἀποκεκαρμένης* v. 838. Cf. Eccl. 99. *τὸν πώγωνά τε | ὅταν καθῶμεν.* Eur. Bacch. 694. *καθεῖσαν εἰς ὤμους κόμας.* Apollod. I. 6. 1. *καθειμένοι βαθεῖαν κόμην ἐκ κεφαλῆς καὶ γενείων.* Lucian. D. D. II. 2. *ἑκατέρωθε καθειμένον βοστρύχους.* V. 2. *ὁ πώγωνα τηλικοῦτον καθειμένος.* Pisc. 11. *πώγωνας βαθεῖς καθειμένος.* De m. c. 40. *πώγωνας — καθειμένοι.* Deor. conc. 4. *γένειον βαθὺ καθείμενος.* Mem. 6. *γένειον δὲ μαλὰ σεμνὸν καθειμένῳ.* Philops. 5. *βαθὺν πώγωνα καθειμένος.* Plut. Lys. 1. *πώγωνα καθειμένου γενναῖον.* Plut. Ant. 80. *πώγωνα πολιὸν καθείς.* Plut. Phoc. 10. *πώγωνα καθειμένος ὑπερφυῆ μεγέθει.* Alciphr. III. 55. *ἐπίμηκες τὸ γένειον καθεικώς.* Alciphr. Fr. 4. *ἠλίκους δὲ καθεῖτο τοὺς πλοκάμους ἡ νύμφη.* Dem. p. 442, 15. *θοἰμάτιον καθεὶς ἄχρι τῶν σφυρῶν.* Hom. Od. VI. 230. *καδδὲ κάρητος | οὔλας ἧκε κόμας* etc. Theocr. XV. 85. *πρᾶτον ἴουλον ἀπὸ κροτάφων καταβάλλων.* Sueton. Caes. 69. ut barbam capillumque demiserit. Similiter Ach. 1069. *τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακώς.*

841. *Schol. ἐπαινεῖ τὸν Λάμαχον νῦν· ἤδη γὰρ ἐτεθνήκει ἐν Σικελίᾳ τετάρτῳ ἔτει πρότερον.*

843. *τόκον πράττοιτο*] Cf. Hom. Batr. 184. *καὶ πράσσει με τόκους.* Herod. III. 58. *καὶ αὐτοὺς μετὰ ταῦτα ἑκατὸν τάλαντα ἔπρηξαν.* Pind. Ol. III. 12. P. IX. 180. Aesch. Cho. 309. Alibi *πράττειν τι παρά τινος*, Herod. I. 106. Thuc. VIII. 5. etc.

844. *εἰπόντας*] Sc. *τοὺς ἀνθρώπους*, ex superioribus intelligendum.

845. *ἀξία γοῦν —*] Ambiguitas inest his verbis, quae significare possunt vel Digna scilicet es foenore! ironice, vel Digna es tali prole (tali filio). Sed legendum suspicor *ἀξία γὰρ —*. "You to claim percentage due! | Sure a son so capital is capital enough for you," vertit Rogers Praef. Pac. p. XXX.

τόκου, τεκοῦσα — τόκον] Non sine veri specie suspicatur Bergk. Comm. p. 313. obscurius subindicari Hyperboli matris nomen, sive verum illud seu fictum fuerit, *Δοκώ.* Hesychius, *Δοκικῶ* (*δοκηκῶ* V.): *ἀντὶ τοῦ δοκῶ* (*Δοκὼ* Bergk.)· *ἔπαιξε δὲ Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισιν.*

τοιοῦτον τόκον] Hyperbolum.

846. *ἰλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν*] Mnesilocho deflexis oculis indesinenter spectanti versus eam partem, qua se visurum sperabat accedentem Euripidem, contigit id quod natura fert, quodque nemo non expertus est, si diu oculorum aciem aliquo intenderit, ut dolerent ei oculi, eosque movere non posset, ita ut, vel invito eo, semper versus eandem partem conversi manerent, licet eo non amplius spectaret, quod eorum est, qui *ἰλλοὶ (strabi)* dicuntur. Quis unquam, ait Kusterus, vel legit vel audivit aliquem exspectando, an is quem exspectaret veniret, strabus factus est. Si quis aliquid exspectat, eo spectat, unde illud venire possit.

Eadem prorsus loquendi forma utitur Plautus Men. 5, 3, 6. Lumbi sedendo, oculi exspectando dolent. Sic enim in Plauti codd. et optimis editt. legitur, perperam in recentioribus spectando. Cf. Hemst. ad Hesychii glossam *ἰλλώπτειν*. BR. Lucian. Lex. 3. *ἐγὼ δὲ, ἦ δ' ὅς, σιλλὸς, ὦ δέσποτα, γεγένημαί σε περιορῶν.* (Ubi *ἰλλὸς* rescribi jubet Pierson. ad Moer. p. 205, refragante Fritzschio ad h. l., coll. Phot. p. 512, 1. *Σιλλοῦν: τοὺς ὀφθαλμοὺς ἠρέμα παραφέρειν. οὕτως Ἀρχιππος.*) Hom. Od. *σ'*. 11. *οὐκ ἀΐεις ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες, | ἑλκέμεναι δὲ κέλονται.* Cf. etiam Ach. 15. *τῆτες δ' ἀπέθανον καὶ διεστράφην ἰδὼν, | ὅτε δὴ παρέκυψε Χαῖρις ἐπὶ τὸν ὄρθιον.* Hom. Od. *μ'*. 233. *οὐδέ πῃ ἀθρῆσαι δυνάμην, ἔκαμον δέ μοι ὄσσε | πάντῃ παπταίνοντι πρὸς ἠεροειδέα πέτρην.* Cf. v. *ἰλλαίνειν* to squint (Hippocr.).

ὁ δ' οὐδέπω] Sc. *φαίνεται* aut *ἥκει*. Similis est ellipsis Vesp. 118. *εἶτ' αὐτὸν ἀπέλου κἀκάθαιρ'· ὁ δ' οὐ μάλα.* Ach. 471. *ἀλλ' οὐκέτ', ἀλλ' ἄπειμι.* Thesm. 559. *ἔπειτα τὴν γαλῆν φαμέν.* Dem. de Cor. 99. *ἀλλ' οὔπω περὶ τούτων.* Theocr. XXI. 24. *ἤδη μυρί' ἐσεῖδον ὀνείρατα, κοὐδέπω ἀώς.* Soph. Trach. 1278. *κοὐδὲν τούτων ὅ τι μὴ Ζεύς.* Anglice diceremus, But no Euripides. Cf. Eccl. 311. *πρὸς ἕω νῦν γ' ἐστιν, ἡ δ' οὐ φαίνεται.*

Schol. τυφλὸς, διεστραμμένος τὴν ὄψιν. Σώφρων "ἰλλοτέρα τᾶν κορωνᾶν."

848. *τὸν Παλαμήδην*] Respicit ad *πόρον ἐκ τοῦ Παλαμήδους* supra v. 770. BE. Locis ex ea fabula usus erat ad arcessendum ejus scriptorem. Cf. Soph. Oed. R. 1079. *τὴν δυσγένειαν τὴν ἐμὴν αἰσχύνεται.*

Schol. ἄνω γὰρ ἐκέχρητο τῇ ἐκ Παλαμήδους ἐπινοίᾳ.

850. *τὴν καινὴν Ἑλένην*] Dicit se imitaturum Helenam, de qua nuper Euripides scripserat tragoediam; in qua Menelaus Helenam ex Aegypto repetit. Nam ibi eam fuisse detentam ait Euripides in illa fabula, ut et Herodotus. Itaque Mnesilochus utitur etiam verbis Euripideis, si forte Euripides tanquam Menelaus veniat et abducat Helenam, ut in sequentibus ostendetur. BE. Helenam nuper editam intelligunt schol. alii. Ad argumentum fabulae ab Euripide novatum haec refert Vossius, quem sequitur Fritzsch. Utrumque intelligi voluit poeta. ENGER. Recte interpretatur Scholiasta, *ὑπόγυον δεδιδαγμένην*. Cf. ad 1012. De Andromeda Schol. ad v. 1012: *συνδεδίδακται γὰρ τῇ Ἑλένῃ.* Andromedam constat nondum fuisse editam, quum doceret noster Aves Ol. XCI. 2. archonte Chabria (teste Schol. Av. 347), sed octavo ante Ranas anno (teste Schol. Ran. 53). Iam, quum Ranas ediderit noster Ol. XCIII. 3. Callia archonte, Andromedam prodiisse liquet Ol. XCI. 4. quo anno archon fuit Cleocritus. Constat ergo etiam de Helena. Haec monuit Hermannus ad Eur. Hel. Praef. p. VII.

Schol. ὑπόγυον δεδιδαγμένην.

851. *πάντως δ' ὑπάρχει —*] Cf. 1012. *πάντως δέ μοι | τὰ δέσμ' ὑπάρχει.* 984. *νηστεύομεν δὲ πάντως.* Av. 935. *πάντως δέ μοι ῥιγῶν δοκεῖς.* Vesp. 770. *πάντως δὲ* (*γε* al. male) *κἀκεῖ ταῦτ' ἔδρας ἑκάστοτε.* Lys. 495.

Eur. El. 227. ἕστηκα· πάντως δ' εἰμὶ σή· κρείσσων γὰρ εἶ. Iph. A. 1002. πάντως δὲ — ἥξετ' εἰς ἴσον. Plat. Apol. 33 D. πάντως δὲ πάρεισιν αὐτῶν πολλοὶ ἐνταυθοῖ.

ὑπάρχει —] Cf. 1012. πάντως δέ μοι | τὰ δέσμ' ὑπάρχει. Eccl. 114. ἡμῖν δ' ὑπάρχει τοῦτο κατὰ τύχην τινά. Soph. El. 1340. ὑπάρχει γάρ σε μὴ γνῶναί τινα. Xen. Symp. VIII. 40. τὰ μέγιστα γάρ σοι ὑπάρχει· εὐπατρίδης εἶ etc.

852. τί αὖ σὺ —;] Cf. 892. τί, ὦ κακόδαιμον, ἐξαπατᾷς αὖ τὸν ξένον; Vesp. 942. οὐκ αὖ σὺ παύσει χαλεπὸς ὢν καὶ δύσκολος —; Eur. Andr. 66. ποίας μηχανὰς πλέκουσιν αὖ —;

κοικύλλεις] Circumspicis. V. schol. Suidas, Κοικύλλεις: περιβλέπεις ἢ κακοτεχνεῖς. Hesychius, Κοικύλλειν: περιβλέπειν· κύλα γὰρ τὰ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν. etc. Cf. 429. ὄλεθρόν τιν' ἡμᾶς κυρκανᾶν ἀμωσγέπως. Epinicus Athen. p. 432 B. συγκυρκανήσας ἐν σκύφῳ χυτῆς λίθου. Cognomen Κοικυλίων (quasi circumspector) componit Fritzsch. Origo verbi κοικύλλειν videtur esse κύλα, i. e. ὑπώπια, unde κύλλειν et per reduplicationem κοικύλλειν. Sic μύλη μύλλειν μοιμύλλειν. Verbum κυλοιδιᾶν (a κύλα) legitur Lysistr. 473. Ejusdem formae sunt verba μοιμύλλειν et σκονθύλλειν.

κοικύλλεις ἔχων] Schol: τὸ δὲ ἔχων παρέλκει Ἀττικῷ ἔθει. Cf. ad Nub. 131.

Schol. τὸ κοικύλλειν, φασὶν, ἐπὶ τοῦ περιβλέπεσθαι δύναται καὶ ἐνθάδε (φασὶν ἐπὶ τοῦ περιβλέπειν τίθεσθαι ἔνθα καὶ ἔνθα?). βέλτιον δὲ ἐπὶ τοῦ κακοτεχνεῖν. τὸ δὲ ἔχων παρέλκει Ἀττικῷ ἔθει.

853. πικρὰν Ἑλένην ὄψει τάχ'] Cf. Av. 1468. πικρὰν τάχ' ὄψει στρεψοδικοπανουργίαν. 1045. πικροὺς ἐγώ σοι τημερὸν δείξω νόμους. Fr. 491. πικρότατον οἶνον τήμερον πίει τάχα. Eur. Cycl. 589. οἴμοι, πικρότατον οἶνον ὄψομαι τάχα.

855. Helenae est initium. Tertium autem versum ridiculi causa immutavit comicus, qui apud tragicum sic legitur λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

καλλιπάρθενοι ῥοαί] Eur. Iph. A. 1574. καλλιπαρθένου δέρης. Or. 963. ἃ — καλλίπαις θεά. Bacch. 520. εὐπάρθενε Δίρκα.

Schol. ἐξ Ἑλένης Εὐριπίδου πολλὰ τούτων.

856. δίας ψακάδος] I. e. coelestis pluviae. Ζεὺς enim coelum significat.

857. μελανοσυρμαῖον λεών] Citat et explicat Suidas v. μελανοσυρμαῖον. Συρμαία autem erat potio quaedam medicata, alvi purgandae vim habens. Colligi autem potest ex loco hoc Aristophanis Aegyptios frequenter syrmaea uti solitos fuisse: quod de iisdem etiam testatur Herodotus 2, 7. KUST. Eo respicit etiam in Pace v. 1253. πώλει βαδίζων αὐτὰ τοῖς Αἰγυπτίοις· | ἔστιν γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν. BE. Schol: μέλανα καὶ συρμαϊζόμενον. ἡ δὲ συρμαία κριθινόν ἐστι πότημα. Quam explicationem probat Fritzsch. "Euripidis sententiam ita pervertit comicus, ut λευκῆς cum Αἰγύπτου conjungat, cui opponatur μελανοσυρμαῖον λεών." ENGER.

Schol. *μέλανα καὶ συρμαϊζόμενον. ἡ δὲ συρμαία κρίθινόν ἐστι πότημα.*

858. *νὴ τὴν Ἑκάτην τὴν φωσφόρον*] Hecaten *φωσφόρον* vocat et Euripides in Helena v. 575. *ὦ φωσφόρ' Ἑκάτη, πέμπε φάσματ' εὐμενῆ.* V. Lys. 443. BE.

859 sq. Versus tantum non verbotenus ex Helena repetiti v. 16 sq.

859. *ἐμοὶ δὲ — Τυνδάρεως*] Eur. Hel. 16. *ἡμῖν δὲ — Τυνδάρεως.*

860. *ὤλεθρε*] Cf. Eccl. 934. Plat. Euthyd. 285 B. *φθόρον τινὰ καὶ ὄλεθρον.* Dem. 119, 8. *ὄλεθρος Μακεδών.* 582, 1. *τὸν δὲ βάσκανον! τὸν δὲ ὄλεθρον!* 688, 6 *οὐδ' ἐλευθέρους, ἀλλ' ὀλέθρους.*

861. *Φρυνώνδας*] Schol: *ἐπὶ πονηρίᾳ διαβάλλεται.* Fr. 92. *ὦ μιαρὲ καὶ Φρυνῶνδα καὶ πονηρὲ σύ.* Fr. 233. *εἰ δή* (*ἤδη* —;?) *τις ὑμῶν εἶδεν* (*οἶδεν* Dobr.) *Εὐρύβατον Δία.* Plat. Prot. p. 328 D. *ἀγαπήσαις ἄν, εἰ ἐντύχοις Εὐρυβάτῳ καὶ Φρυνώνδᾳ, καὶ ἀνολοφύραι' ἂν ποθῶν τὴν τῶν ἐνθάδε ἀνθρώπων πονηρίαν.* Aeschines in Ctes. 137. *ἀλλ', οἶμαι, οὔτε Φρυνώνδας οὔτε Εὐρύβατος οὔτ' ἄλλος οὐδεὶς πώποτε τῶν πάλαι πονηρῶν τοιοῦτος μάγος καὶ γόης ἐγένετο.* Isocr. p. 382. *ὥσπερ ἂν εἴ τῳ Φρυνώνδας πανουργίαν ὀνειδίσειεν.* Lucian. Alex. 4. *αὐτίκα μάλα τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων ἁβρότατος ἀπετελέσθη, ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυνώνδαν.* Apul. Apol. p. 325. Quis Eurybatus, quis Sisyphus, quis Phrynondas talem excogitasset fraudem? Schol. Vindob. ad Luc. Alex. 4. *ὡσαύτως καὶ ὁ Φρυνώνδας ἐπὶ πονηρίᾳ βοᾶται Εὐπόλιδι ἐν Ἀστρατεύτοις, Δήμοις· Ἀριστοφάνῃ δὲ Προαγῶνι, Ἀμφιαράῳ, Θεσμοφοριαζούσαις.* Grammat. Bekk. p. 314, 26. Taylor. ad Aesch. c. Ctes. p. 632. Utriusque Phrynondae et Eurybati nomina ob insignem morum pravitatem in proverbium abierunt. Nomen autem Boeoticum videtur esse *Φρυνώνδας*, qualia sunt *Ἐπαμεινώνδας, Χαρώνδας, Παγώνδας, Κρεώνδας, Αἰσχρώνδας* etc. V. Ahrens Dial. Aeol. p. 214.

Schol. *ἐπὶ πονηρίᾳ διαβάλλεται. τινὲς δὲ καὶ πατέρα αὐτῷ φασὶν ἀληθῶς εἶναι τοῦτον.*

862. *Ἑλένη δ' ἐκλήθην*] Ex Helena Euripidis v. 22.

863. *γυναικίσεως*] Ab *γυναικίζειν*, (268.)

Schol. *τῆς γυναικείας μιμήσεως.*

864. Euripidis ex Helena v. 52.

866. Ex Helena v. 49.

867. Scripserat Euripides (v. 50), *στράτευμ' ἀθροίσας τὰς ἐμὰς ἀναρπαγὰς | θηρᾷ.* Mutavit ea Comicus.

868. Ex Helena v. 56.

τί δῆτ' ἔτι ζῶ;] Cf. Lys. 181. Eur. Hel. 56. *τί δῆτ' ἔτι ζῶ;* 293. *τι δῆτ' ἔτι ζῶ; τίν' ὑπολείπομαι τύχην;* Herc. 1301. *τί δῆτά με ζῆν δεῖ;* 1146. *τί δῆτα φείδομαι ψυχῆς ἐμῆς —;* Hipp. 1060. Aesch. Prom. 747. *τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος;* Soph. Oed. R. 1159.

Schol. *ὅτι πονηροὶ οἱ κόρακες, καὶ ὅτι μέχρι νῦν οὐκ ἐσπάραξάν σε.*

869. *ὥσπερ αἰκάλλει*] Cf. ad Nub. 1276. *τὸν ἐγκέφαλον ὥσπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.* Elmsl. ad Ach. 193.

αἰκάλλει] I. q. *σαίνει*. Cf. Eq. 211. *τὰ μὲν λόγι' αἰκάλλει με*. Soph. Oed. C. 319. *φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων | σαίνει με προσστείχουσα*.

Schol. σαίνει τὸ ᾆσμα.

870. Sophoclis versum ex Peleo hic respici monet scholiasta. "In Helena nihil hujusmodi reperitur. Finxit haec verba Ar. ad normam dicti Pelei in dramate Sophocleo, *μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ, μή μ' ἕλης ἄνευ δορός*, quae dictio a Graecorum loquendi usu aliena est et eam ipsam ob causam ab Ar. carpitur. Extat alterum talis imperativi exemplum, *μὴ νόμισον*, quod in Antiatt. Bekk., fr. Soph. 441 D. 454 N., etiam Sophoclis Peleo tribuitur. Recte, meo judicio, arbitratur Fritzsche grammaticum errasse et *μὴ νόμισον* comico Thugenidi esse reddendum, ut apparet e Suid. in v. *μὴ νόμισον*. et Phot. p. 267, 8." (Bakh.)

μὴ ψεῦσον — ἐλπίδος] Nub. 618. *ἡνίκ' ἂν ψευσθῶσι δείπνου*. Herod. 9, 61. *μηδαμῶς σφέας ψευσθῆναι τῆς ἐλπίδος*. Soph. Aj. 1382. *καί μ' ἔψευσας ἐλπίδος πολύ*. Lys. 955. *τῆς καλλίστης πασῶν ψευσθείς*. Notandum autem *μὴ ψεῦσον* pro *μὴ ψεύσῃς* positum. Antiatt. p. 107, 30. *Μὴ νόμισον: ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. Σοφοκλῆς Πηλεῖ. καὶ "μὴ ψεῦσον." Μὴ νόμισον* dixerat Thugenides comicus testibus Suida h. v. et Photio p. 267, 8.

Schol. σύνηθες τὸ σχῆμα. Μένανδρος "οἶσθ' ὃ ποίησον." Σοφοκλῆς Πηλεῖ "μὴ ψεῦσον, ὦ Ζεῦ· μή μ' ἕλῃς ἄνευ δορός. "οἶσθ' οὖν ὃ δρᾶσον" Εὐριπίδης Πολυΐδῳ.

871. Verba sunt Teucri in Euripidis dramate v. 68. Versus qui sequuntur duos non memini apud Euripidem legisse. BR. Menelai personam nunc suscipit Euripides.

ἐρυμνῶν] Hoc epithetum nusquam alibi legitur apud poetas scenicos.

Schol. ὁ Εὐριπίδης ἀναλαμβάνει τὸ πρόσωπον τοῦ Μενελάου καὶ ὑποκρίνεται.

872—873. Apud Euripidem non leguntur, sed ex deperdita aliqua ejus fabula sumpti sunt. ENGER. Verba *ποντίῳ — ναυαγίαις* Euripidis esse suspicatur Nauck. "Probabilius est Ar. hos versus finxisse ut vs. 877. 885 sqq. Libere enim, ut ex comparatione cum Helena videre est, versibus tragicis utitur, plurima ipse fingens." (Bakh.)

872. *ὅστις — δέξαιτο*] Qui excipiat, Anglice to receive. Ran. 97. *ὅστις ῥῆμα γενναῖον λάκοι*.

ποντίῳ σάλῳ κάμνοντας] Aeschyl. Sept. 210. *νεὼς καμούσης ποντίῳ πρὸς κύματι*. Soph. Phil. 271. *ἐκ πολλοῦ σάλου | εὕδοντ' ἐπ' ἀκτῆς —*.

874. Traducta etiam haec ex Euripidis Helena v. 467. *ΜΕΝ. τίς δ' ἥδε χώρα; τοῦ δὲ βασίλειοι δόμοι; | ΓΡΑΥΣ. Πρωτεὺς τάδ' οἰκεῖ δώματ'. Αἴγυπτος δὲ γῆ. | ΜΕΝ. Αἴγυπτος; ὢ δύστηνος, οἷ πέπλευκ' ἄρα*. BR.

875. *ὦ τρισκ.*] Haec ad Mnesilochum conversa mulier, proxima vero ad Euripidem dicit, ut vere monuit Enger. Quare non opus Bentleii emendatione *ὁ τρισκακοδαίμων —*.

876. *Πρωτέας*] Mutat nomen Protei Aegyptii in Proteam Atheniensem, qui fuit dux bellicus; mentio ejus apud Thucydidem Lib. I. et II. BE.

"Audito Protei nomine, veteris historiae mulier imperita credit de quodam Atheniense illos loqui, cui nomen fuerat Proteas. Proteae Epiclis filii, Atheniensium classis praefecti, meminit Thucydides." BR. Proteas Epiclis filius, dux Atheniensium, memoratur Thuc. I. 45. II. 23. Eum hic dici credibile est. Legitur praeterea nomen *Πρωτέας* Plut. Alex. 39. Athen. p. 434 A. Nomen *Πρωτέας* formatum a *πρῶτος*, ut *Ἀριστέας* ab *ἄριστος*. Similia nomina sunt *Χαιρέας*, *Φαινέας*. Mox *ἔτη δέκα* plures annos significare recte monet Fritzsch.

Schol. Πρωτέας οὕτω καλούμενος Ἀθηναῖος, ὃς ἐτεθνήκει πρόπαλαι.

877. *σκάφει*] Cf. Ach. 541. Tragici coloris et hic versus.

878. *ὦ δύστηνος, οἷ πεπλεύκαμεν*] Anglice, O wretched me, to have sailed thither! Cf. Eur. Hel. 461. Similiter Vesp. 187. *ὦ μιαρώτατος, | ἵν' ὑποδέδυκεν.* Nub. 1158. Plat. Phaed. 117 C. *τὴν ἐμαυτοῦ τύχην (ἀπέκλαιον), οἵου ἀνδρὸς ἑταίρου ἐστερημένος εἴην.*

Schol. διαβάλλει τὴν Αἴγυπτον ὡς ἀλίμενον καὶ ὡς κίνδυνον ἐμποιοῦσαν ταῖς ναυσίν.

879. *πείθει τι τούτῳ —;*] Cf. 592. *πείθεσθε τούτῳ ταῦτα;* et ad Nub. 87.

880. *ληροῦντι λῆρον*] Cf. Pl. 517. *λῆρον ληρεῖς.*

τουτογί] Cf. Vesp. 781. Lys. 147. 779. 942. Eccl. 719.

881. Apud Euripidem (465.) aliis verbis idem quaerit Menelaus, *ἔστ' οὖν ἐν οἴκοις, ὅντιν' ὀνομάζεις, ἄναξ;* Et mox, postquam audiit Proteum fato functum esse, filiumque regni heredem reliquisse, de hoc rursus quaerit, *ποῦ δῆτ' ἂν εἴη; πότερον ἐκτὸς ἢ 'ν δόμοις;* BR. Eur. Med. 624. *χρονίζων δωμάτων ἐξώπιος.* Alc. 549. *τῶνδε δωμάτων ἐξωπίους ξενῶνας.* Suppl. 1038. *ἢ δόμων ἐξώπιος | βέβηκε πηδήσασα.* Voce *ἐξώπιος* non utuntur aut Aeschylus aut Sophocles, ter tantum Euripides.

882. *Schol. ἐκ τῆς θαλάσσης.*

885. *ἐτυμβεύθη τάφῳ*] Cf. Hel. 1245. Soph. Aj. 1063. *σῶμα τυμβεῦσαι τάφῳ.*

886. Anus apud Euripidem ait v. 474. *τόδ' ἐστὶν αὐτοῦ μνῆμα, παῖς δ' ἄρχει χθονός.* Aram vere dicit. Quod ad *σῆμα*, cf. Eccl. 1108.

887. *κἀξολεῖ γ' ἔτι*] Frequens hic adverbii *ἔτι* usus in imprecationibus. Nub. 1236. *ἀπόλοιο τοίνυν ἕνεκ' ἀναιδείας ἔτι.* Pac. 1187. *ὧν ἔτ' εὐθύνας ἐμοὶ δώσουσιν.* Ach. 1157. *ὃν ἔτ' ἐπίδοιμι τευθίδος δεόμενον,* etc. Soph. Trach. 257. *ἦ μὴν τὸν ἀγχιστῆρα — δουλώσειν ἔτι.* El. 471. Eur. Alc. 731. *δίκας δὲ δώσεις σοῖσι κηδεσταῖς ἔτι.* Med. 1011. *θάρσει· κάτει τοι καὶ σὺ πρὸς τέκνων ἔτι.* Cf. etiam Soph. Phil. 1035. *κακῶς ὄλοισθ'· ὀλεῖσθε δ' ἠδικηκότες | τὸν ἄνδρα τόνδε.* (Qui plane gemellus locus est.)

888. *τὸν βωμόν*] Cf. ad 748. Eur. Iph. A. 1445. *βωμὸς θεᾶς μοι μνῆμα τῆς Διὸς κόρης.*

889—891. "Tragoediam imitatur Aristophanes, revera enim Helena ad sepulcrum sedebat (Hel. 64), sed colloquium Mnesilochi et Euripidis usque ad vs. 903 de suo addidit. Sic vs. 890 Mnesilochum dicentem facit: *βιάζομαι — λέχος,* cum Helena vs. 62 dixisset; *παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος θηρᾷ*

γαμεῖν με. Aristophani igitur quam Euripidi tribuere malim 895. *βάϋζε τοὐμὸν σῶμα βάλλουσα ψόγῳ* (Fr. adesp. 45 N. cf. Fritzsch. ad h. l.) 896. *ξένη, τίς ἡ γραῦς ἡ κακορροθοῦσά σε. Κακορροθεῖν* etiam Ach. 577, in parodia. 900. *οὐ γὰρ γαμοῦμαι σῷ κασιγνήτῳ ποτὲ | προδοῦσα Μενέλεων τὸν ἐμὸν ἐν Τροίᾳ πόσιν. | 902. γύναι, τί εἶπας; στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας.*" (Bakh.) Apud Euripidem haec non leguntur, tragoediam tamen sapiunt.

889. Cf. Soph. Oed. R. 2. *τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε;*

891. Helena apud Euripidem v. 62. *παῖς ὁ τοῦ τεθνηκότος | θηρᾷ γαμεῖν με.* Erat autem filius ille Protei Theoclymenus, ut ex illa constat, v. 9. BE. Hel. 324. *τάφον λιποῦσα τόνδε σύμμιξον κόρῃ.*

892. Cf. 852. *τί αὖ σὺ κυρκανᾷς; τί κοικύλλεις ἔχων;* et ad Vesp. 942.

894. *ἐπὶ κλοπῇ τοῦ χρυσίου*] Cf. Ach. 258. *πρόβαινε, κἂν τὤχλῳ φυλάττεσθαι σφόδρα | μή τις λαθών σου περιτράγῃ τὰ χρυσία.* Ornamenta autem intellige aurea, quae gestabant virgines apud Graecos. Cf. Av. 670. *ὅσον δ' ἔχει τὸν χρυσὸν ὥσπερ παρθένος.*

895. Hunc versum aut Euripidis esse aut ad ejus imitationem factum censet Porsonus, coll. Eur. El. 902. *μή μέ τις φθόνῳ* (*ψόγῳ*?) *βάλῃ.*

βάϋζε] Cf. 173. *παῦσαι βαΰζων.*

τοὐμὸν σῶμα] Id est *με.* Periphrasin Euripidi usitatam irridet. Alcest. 647. *οὐκ ἦσθ' ἄρ' ὀρθῶς τοῦδε σώματος πατήρ.* Heracl. 91. 529. BR.

βάλλουσα ψόγῳ] Anglice, a s s a i l i n g w i t h a b u s e. Fr. 116. *πᾶσι κακοῖσιν ἡμᾶς | φλῶσιν.* Soph. Aj. 1244. *ἀλλ' αἰὲν ἡμᾶς ἢ κακοῖς βαλεῖτέ που —.* Tr. 940. *ὥς νιν ματαίως αἰτίᾳ βάλοι κακῇ.* 597. Ph. 67. Eur. El. 902. *μή μέ τις ψόγῳ βάλῃ.* Hom. Od. XIII. 142. *πρεσβύτατον καὶ ἄριστον ἀτιμίῃσιν ἰάλλειν.* Liban. I. 811. *βάλλουσι σκώμμασι.* Pind. Ol. VIII. 55. *μὴ βαλέτω με λίθῳ τραχεῖ φθόνος.*

896. *κακορροθεῖν* occurrit etiam Ach. 577. in parodia.

897. *αὕτη Θεονόη Πρωτέως*] Protei filiam Theonoen memorat et Euripides Hel. v. 13. BE.

Schol. *ἣν εἶπεν Ὅμηρος* (Od. *Θ*, 366) *Εἰδοθέαν.*

898. *εἰ μὴ — γ'*] I. q. *ἀλλά.* Cf. ad Eq. 186. Av. 1681. Lys. 942. Lysias III. 33. *ὥστε — ἄλλον ἄνθρωπον παρακαλέσαι μηδένα, εἰ μὴ τοῦτό γε τὸ παιδίον.* S. Matth. Ev. XII. 4.

Κρίτυλλα] Confer nomina *Ἄνθυλλα, Κτήσυλλα, Νίκυλλα, Ἀμαρυλλίς, Λύσιλλα, Κύδιλλα, Χρύσιλλα.*

Schol. *ἀπὸ δήμου τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, ἔνθα τὸ Εὐρυσθέως ἀπόκειται σῶμα ἐν τῷ ἀκρωτηρίῳ. ἐπίρρημα δὲ τὸ Γαργηττόθεν.*

900. Cf. Eur. Phoen. 1667. *ἦ γὰρ γαμοῦμαι ζῶσα παιδὶ σῷ ποτε;* Notandum *γαμεῖν τινὰ* d u c e r e a l i q u a m de viro dici, *γαμεῖσθαί τινι* n u b e r e alicui de muliere.

901. Eur. Hel. 54. *καὶ δοκῶ προδοῦσ' ἐμὸν | πόσιν συνάψαι πόλεμον Ἕλλησιν μέγαν.*

902. *στρέψον ἀνταυγεῖς κόρας*] Haec tragicum colorem habent.

Schol. *τὰς κόρας σου ἀντιπροσώπους μοι στρέψον.*

903. Bene quidem schol: *ἐπειδὴ ξυρηθεὶς ἦν*. At in eo videtur hujus loci acumen inesse quod ab eodem Euripide non solum Mnesilochus est rasus, sed etiam Helena male tractata, cujus cf. vv. 1089—1091. ENGER. Cf. Eur. Hec. 968. *αἰσχύνομαί σε προσβλέπειν ἐναντίον, | Πολυμῆστορ, ἐν τοιοῖσδε κειμένη κακοῖς.*

Schol. ἐπειδὴ ξυρηθεὶς ἦν.

904. Apud Euripidem Herc. Fur. 515 Megara, praeter spem maritum Herculem videns Amphitryoni ait, *ὦ πρέσβυ, λεύσσω τἀμὰ φίλτατ', ἢ τί φῶ;* cui respondet senex: *οὐκ οἶδα, θύγατερ· ἀφασία δὲ κἄμ' ἔχει.* In Helena autem Menelaus uxori suae, quam nondum agnovit, ait, v. 548. *ὡς δέμας δείξασα σὸν | ἔκπληξιν ἡμῖν ἀφασίαν τε προστιθεῖς (προστίθης).* BE. Cf. Eur. Iph. A. 837. *ἀφασία μ' ἔχει, γύναι.* Hom. Il. ρ'. 695. *δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε.* Od. δ'. 704. Bion. XI. 1. *ἀμφασία τὸν Φοῖβον ἕλεν τόσον ἄλγος ἔχοντα.*

905. Hic versus ex Euripideo in Helena 557. paululum immutatus, *τίς εἶ; τίν' ὄψιν σήν, γύναι, προσδέρκομαι;* Quatuor sequentes ex Euripidis dramate nulla mutatione desumti. BR. Cf. etiam v. 72. *ὦ θεοί, τίν' εἶδον ὄψιν;*

906. Eur. Med. 252. *ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πρὸς σὲ κἄμ' ἥκει λόγος.*

907—909. Cf. Hel. 561—563.

907. Hunc versum felicissima sagacitate Euripidi Hel. 569. restituit Markland. ad Suppl. 189. PORSON.

909. Ridicule senem veste muliebri indutum similem putat foeminae omnium formosissimae. BE. Cf. Aesch. Cho. 176. *μάλιστ' ἐκείνου βοστρύχοις προσείδεται.* Ubi Electra de suo patre loquitur.

δὴ μάλιστ'] I. e. *μάλιστα δή.*

910. In Helena v. 572. legitur, *ἐγὼ δὲ Μενελάῳ γέ σ'· οὐδ' ἔχω τί φῶ.* Ultimam versus partem ridiculi causa mutavit comicus, servata quadam soni similitudine, *τι φῳ, ιφυων*, Euripidi natalium sordes et matrem *λαχανοπωλήτριαν* identidem objiciens. BR. Parodia ut in 855 sq. 1105 sq. "Verba Aristophanis non satis intellego. *Ἰφύων* scripsit quia sono non dissimile est *τῷ τί φῶ*, sed *ὅσα γ' κτέ.* non aliter interpretari possum quam *ὅσαγ' ἐκ τῶν ἰφύων* (vel *τοῖς ἰφύοις*) *ἐστὶ τεκμαίρεσθαι*, quod nihili est nisi, quod non probabile est, *ἴφυα* portaverit Euripides. Hoc certum videtur, rideri filium *τῆς λαχανοπώλιδος*." (Bakh.) Piersono (ad Moerin p. 7) verisimile videtur Aristophanem hac in scena Euripidem introduxisse corona ex oleribus agrestibus ornatum. Vide omnino schol. Ceterum cf. Dem. p. 1002. *νεώτερον ὄντα ἐμοῦ καὶ συχνῷ ὅσα ἐξ ὄψεως.* Antiph. Athen. 544 F. *τίς ποτ' ἐστιν οὑτοσὶ | ὁ γέρων; ἀπὸ τῆς μὲν ὄψεως Ἑλληνικός.*

τῶν ἰφύων] Fr. 473. *ἴφυα — καὶ τὰς κρανααὰς ἀκαλήφας.* Epich. Fr. 113. *ὅδε τις ἀγρόθεν ἔοικε μάραθα καὶ κάκτους φέρειν, | ἴφυον, λάπαθον* etc. Suidas, *Ἰφύη* (*ἴφυα* Piers., coll. Hesych. h. v.): *εἶδος ἀγρίου λαχάνου. Ἀριστοφάνης· "Ἐγὼ δὲ Μενέλεων ὅσον ἐκ τῶν ἰφύων."* De *ἰφύοις* dixit Schneider. ad Theophr. vol. III. p. 520.

Schol. δέον εἰπεῖν ἐκ τῶν ὄψεων (imo ἐκ τῆς ὄψεως) εἶπεν ἐκ τῶν ἰφύων· ἴφυον δέ ἐστιν εἶδος ἀγρίου λαχάνου· ὅτι Εὐριπίδης λαχανοπώλιδος Κλειτοῦς υἱὸς ἦν δηλονότι.

911. 912. Euripidis Helena versus 573. 574.

912. Cf. Hom. Od. ρ΄. 112. ἐλθόντα χρόνιον. Soph. Phil. 1446. χρόνιός τε φανείς. 600. Eur. Iph. A. 1099. χρόνιον ἀπόντα. Iph. T. 258. χρόνιοι γὰρ ἥκουσ'. El. 1156. πόσιν χρόνιον ἱκόμενον εἰς οἴκους. Phoen. 369. πολύδακρυς δ' ἀφικόμην χρόνιος ἰδὼν μέλαθρα καὶ βωμοὺς θεῶν. Cycl. 249. χρόνιος δ' εἶμ' ἀπ' ἀνθρώπου βορᾶς. Alex. com. III. 518. ὦ δέσποθ' ὑγίαιν', ὡς χρόνιος ἐλήλυθας. Pac. 317. ἢν ἅπαξ ἐς χεῖρας ἔλθῃ τὰς ἐμάς.

913 sqq. Dochmii soluti, quos numeros valde adamat Euripides. Cf. Hel. 627. ἔλαβον ἀσμένα πόσιν ἐμόν, φίλαι, | περί τ' ἐπέτασα χέρα etc. 634. περὶ δὲ γυῖα χέρας ἔβαλον, ἡδονὰν ὡς λάβω, ὦ πόσις. Eur. Fr. 756. "Sono similes sunt dochmii Hel. 627. ἔλαβον ἀσμένα πόσιν ἐμόν, φίλαι, | περί τ' ἐπέτασα χέρα. Consulto autem videtur λαβέ με et mox ἄπαγε iteravisse, ut verborum repetitionem in Euripide notaret, de qua v. ad Ran. 1337. Numerorum Euripideorum rationem ludibrio habuit v. 915. φέρε σε κύσω. ἄπαγέ μ' ἄπαγ' ἄπαγ' ἄπαγέ με. Euripidem enim in posterioribus tragoediis "haud raro usque eo negligentiae progressum esse ut fabularum ejus versus sermonem fere vulgarem adaequare videantur" post Hermannum ostendit C. F. Mueller (De pedibus solutis in dialogorum senariis p. 42 sq.)" (Bakh.)

Schol. καὶ ταῦτα ἐκ τῆς Ἑλένης, καὶ καθόλου τὰ πλεῖστα.

914. Euripidis carmen ridet, quod incipit a v. 627. ENGER.

915. φέρε σε κύσω] Subjunctivum esse κύσω vix opus est ut moneam.

ἄπαγέ μ' —] Soph. Ant. 1321. ἄγετέ μ' ὅ τι τάχιστ', ἄγετέ μ' ἐκποδών. Oed. R. 1340. ἀπάγετ' ἐκτόπιον ὅ τι τάχιστά με.

Schol. ταῦτα λέγει ἀκολουθῶν αὐτῷ καὶ βουλόμενος ἐκφυγεῖν.

917. τῇ λαμπάδι] Taedas enim hoc festo portabant mulieres. Cf. 280. 655. 726—729. 1153.

Schol. τὸ χ παράκειται τῷ στίχῳ. καί φησι Καλλίστρατος * * (lacunam indicat Dind., ut exciderit Aristophanis grammatici de vocabulorum λαμπὰς et δᾷς discrimine observatio) οὐ τῇ λαμπάδι εἶπεν, ἀλλὰ νὴ (νὴ del. Dind.) τῇ δᾳδί, ὡς δῆλον εἶναι ὅτι ἑκατέρως ἔλεγον. ἀνάξιος δὲ ἂν εἴη ὁ Καλλίστρατος πιστεύεσθαι ὡς ἂν περὶ διδασκάλου τοῦ Ἀριστοφάνους λέγων.

918. 919. 926. Paratragoedia hi versus videntur esse.

920. καὐτός] Et ipse, non minus quam ille.

921. *Schol.* οὐ κυρίως, ἀλλ' οἷον κοινόβουλος.

922. ᾐγυπτιάζετ'] Αἰγυπτιάζειν hic est vox anceps. Tam enim significare potest de Aegypto quaedam garrire vel loqui quam Aegyptiorum versutiam et fraudulentos mores imitari (v. ad Vesp. 652). Eo enim nomine gens illa olim male audiebat: unde proverbium (apud Aeschylum) δεινοὶ πλέκειν τὰς (τοι) μηχανὰς Αἰγύπτιοι, KUST. Bekk. Anecd. p. 354, 13. Αἰγυπτιάζειν: τὸ πανουργεῖν καὶ κακοτροπεύεσθαι. Eust. ad Od.

p. 1494, 9. *καὶ Αἰγυπτιάζειν τὸ πανουργεύεσθαι.* Male autem audiebant olim Aegyptii. Diogen. VI. 24. *Λυδοὶ πονηροί, δεύτεροι δ' Αἰγύπτιοι, | τρίτοι δὲ πάντων Κᾶρες ἐξωλέστατοι.* Theocrit. XV. 47. *οὐδεὶς κακοεργὸς | δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί.* Plat. Legg. p. 747. Cf. ad Nub. 1130. De Aegypto sc. garriebant v. 878. Voce *αἰγυπτιάζειν* usus est Cratinus II. 186.

Schol. ἐπανουργεῖτε, ὡς δὴ τῶν Αἰγυπτίων πανούργων ὄντων.

922. *ὅδε μέν*] Hic certe. Cf. 928.

923. Cf. Eq. 665. *κᾆθ' εἷλκον αὐτὸν οἱ πρυτάνεις χοἱ τοξόται.*

924. *ὑπαποκινητέον*] Sc. *ἐμαυτόν.* Anglice, I must be off. Cf. Av. 1011. *κἀμοὶ πιθόμενος ὑπαποκίνει τῆς ὁδοῦ.* Eccl. 1165. *ὥρα — | ἐπὶ τὸ δεῖπνον ὑπανακινεῖν* (*ὑπαποκινεῖν*?). 284. *ὑπαποτρέχειν.* Eq. 20. *τὸν ἀπόκινον.*

926. *ἤνπερ ἐμπνέω*] Schol: *ἕως ζῶ.* Recte Fritzschius interpretatur, si modo quidquam in me erit vitae. Nos diceremus, as I live. Cf. Lys. 696. *ἢν ἐμοὶ ζῇ Λαμπιτώ.* Plat. Apol. p. 29 D. *καί, ἕωσπερ ἂν ἐμπνέω καὶ οἷός τε ὦ, οὐ μὴ παύσομαι* (l. *παύσωμαι*) *φιλοσοφῶν.* Cic. de N. D. III. 40. Dum quidem spirare potero. Eodem sensu *ζῶν* alibi dicit, ut in Vesp. 1122. *οὔτοι ποτὲ ζῶν τοῦτον ἀποδυθήσομαι.* Nub. 1221. Pac. 109.

Schol. ἕως ζῶ.

928. *αὕτη μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν*] Funis quidem iste piscium attraxit nihil. Proverbium translatum a piscatoribus, qui saepe hamum retrahunt inanem. Eo alluditur Vesp. 175. *ἀλλ' οὐκ ἔσπασε ταύτῃ γ' —.* BR. Sensus est, *αὕτη ἡ μηχανὴ οὐδὲν ἤνυσεν,* ut explicat Eust. ad Il. p. 760, 45. Cf. Synes. Ep. 129. *ὡς δὲ οὐ προὐχώρει ταύτῃ τὸ σπάσαι τι τῶν προσηκόντων — ἑτέραν ἐτράπετο.* Aelian. ap. Suid. in *Ὁμοῦ: οὐ μὴν ἔσπασέ τι ἡ μήρινθος αὐτῷ.* Plura paroemiographi. Similiter fere Eur. El. 581. *ἣν ἐκσπάσωμαί γ' ὃν μετέρχομαι βόλον.* V. schol. et cf. Schol. ad Vesp. 175. Suid. in *αὕτη, μήρινθος,* et *ὁμοῦ.* In Vesparum loco (v. 175) reponendum forsan *ἀλλ' οὐκ ἔσπασεν αὕτη γ'.*

ἡ μήρινθος] Funiculus. Hom. Il. *ψ'.* 854. *λεπτῇ μηρίνθῳ δῆσεν ποδός.*

Schol. ἡ σπάρτος. ἀντὶ τοῦ ἡ μηχανή. παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπιχειρούντων τι ποιεῖν καὶ ἀποτυγχανόντων.

929. Cf. 635. *ὅδ' ἐστὶν ἀνὴρ ὃν λέγεις.*

930. *οὗτος, τί κύπτεις;*] Eadem verba Eq. 1354, ubi prae pudore caput demittit Demus.

δῆσον — ἐν τῇ σανίδι] Cf. Herod. VII. 33. *ζῶντα πρὸς σανίδα προσδιεπασσάλευσαν.* IX. 120. *ἀπαγαγόντες δὲ αὐτὸν — πρὸς σανίδα προσπασσαλεύσαντες ἀνεκρέμασαν.* De hoc poenae genere Hesychius: *τίθεται δὲ* (*σανὶς*) *καὶ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, ᾧ προσέδουν τοὺς κακούργους.* ut probabiliter extrema restituit Fritzschius. Phot. p. 499, 14. *Σανίδα: τὸ δεσμωτικὸν ξύλον.* et mox *Σανίς: καὶ ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν.* Mnesilochus

igitur stipiti ligneo suffixus et sublatus mox in eo erit ut corvos in cruce pascat. Cf. 942.

εἰσάγων] Intus eum ducens. Iubet eum Prytanis maleficum intus ductum vincire, deinde in scena (*ἐνθαδὶ*) constitutum custodire. Intus autem Scytha eum ducit v. 946. Cf. Nub. 1213. *ἀλλ' εἰσάγων σε βούλομαι* etc.

934. *νῦν δή*] Modo. Pac. 5. *ποῦ γὰρ ἣν νῦν δὴ 'φερες;*

935. *ὀλίγου*] Prope. Cf. ad Ach. 348. Vesp. 829. *ὡς ὀλίγου μ' ἀπώλεσας.* Nub. 722.

μ' ἀφείλετ' αὐτόν] Cf. Isocr. p. 195. *Κῦρον τὸν Μήδους μὲν ἀφελόμενον τὴν ἀρχήν.*

ἱστιορράφος] Lepide dictum pro *μηχανορράφος*, quia scilicet Euripides navi se advectum finxerat v. 871—878. Itaque facete dicitur velorum sutor, i. e. dolorum sutor per velorum mentionem. Vox est praegnantis significationis, quales sunt *τρυγοδαίμονες*, i. e. *τρυγῳδοὶ κακοδαίμονες*, Nub. 296. *Χολοζύγης* concise positum pro *Βουζύγης μελαγχολῶν* Lys. 397. et *Κωλακώνυμος* pro *Κλεώνυμος κόλαξ* Vesp. 592. Eo etiam fortasse respicitur quod de Aegypto ille mentionem fecisset, Aegyptii autem *λινοποιοὶ* essent, ut monet schol. "Nempe Euripides, qui se dicebat navi advectum. Propterea etiam dicit eum *ἱστιοῤῥάφον* per contemtum, quasi ipse sibi fecerit vela quibus navigaverit. Alluditur autem ad v. *μηχανὴ* in *μηχανοῤῥάφος*, quia per fraudem volebat abducere." BE. Cf. Soph. Oed. R. 387. *ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανορράφον.* Eur. Andr. 448. *μηχανορράφοι κακῶν.* 1116. *εἷς ἦν ἁπάντων τῶνδε μηχανορράφος.* Aesch. Cho. 221. *μηχανορραφῶ.* Hom. Il. *ό.* 16. *κακορραφίης ἀλεγεινῆς.* Nota est locutio *ῥάπτειν θάνατόν τινι* et similia. V. Blomf. Gl. Agam. 1594. Alex. ap. Athen. 568 A *ῥάπτουσι δὲ* | *πᾶσιν ἐπιβουλάς.* Herod. IX. 17. *ἐόντες βάρβαροι ἐπ' Ἕλλησιν ἀνδράσι φόνον ἔρραψαν.* VI. 1. *τοῦτο τὸ ὑπόδημα ἔρραψας μὲν σύ, ὑπεδήσατο δὲ ἐκεῖνος.* Eur. Iph. T. 681. *δόξω δὲ — ῥάψαι μόρον σοι τῆς τυραννίδος χάριν.* Andr. 836. *φόνον ῥάψασα συγγόνῳ σέθεν.* Alc. 537. *ὡς δή τί δράσων τόνδ' ὑπορράπτεις λόγον;* Aesch. Fr. 157. *Πενθεῖ καταρράψας μόρον.* Dion. H. Ant. III. 7. *δόλος ἄφυκτος ἔρραπται κατ' ἀμφοτέρων.* Pseudo-Phocyl. 4. *μήτε δόλους ῥάπτειν.* Aesch. Ag. 1604. *τοῦ φόνου ῥαφεύς.*

Schol. ἐπεὶ ἄνω αἰγυπτιάζειν αὐτοὺς ἔφη, οἱ δὲ Αἰγύπτιοι λινοποιοί εἰσιν. ὁ πανοῦργος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τὰ ἄρμενα ῥαπτόντων.

936. Cf. Eq. 1082. *τὴν τούτου χεῖρ' ἐποίησεν* | *Κυλλήνην ὀρθῶς, ὁτιή φησ', "Ἔμβαλε κυλλῇ."* *Δωροδοκίαν* Prytanibus exprobrat et Pac. 906 sq. Ludit, ut videtur, in vocibus *πρύτανις* et *προτείνειν.*

937. *κοίλην προτείνειν*] Dem. p. 421. *οὐ λέγειν εἴσω τὴν χεῖρ' ἔχοντ', Αἰσχίνη, δεῖ, οὔ, ἀλλὰ πρεσβεύειν εἴσω τὴν χεῖρα ἔχοντα. σὺ δ' ἐκεῖ προτείνας καὶ ὑποσχὼν —.* Tibull. II. 4. 14. Illa cava pretium flagitat usque manu.

ἀργύριον ἤν τις διδῷ] Eadem verba Nub. 98. Cf. Ach. 159. Vesp. 684.

938. *χάρισαι*] Cf. Pac. 392. Plat. Prot. 335 D. *χάρισαι ἡμῖν πᾶσιν.* Rep. I. 351 C. *καὶ τόδε μοι χάρισαι.*

βραχύ τι] Frequens apud Atticos locutio. Thuc. VI. 12. VIII. 76. Plat. Legg. I. 641 B. Rep. V. Plat. com. ap. Athen. 367 D.

